

Heinrich Rudolph Redecker    Georg Radow

**Dissertatio Analytica, Tertia Ad Institutiones Iustinianaeas,**

**3**

Rostochi[i]: Richelius, 1660

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749831022>**

Band (Druck)    Freier  Zugang





V. K. — 2 (142.)

1. Festingius, de artificibus Advocatorum.
2. Bathasar, de praerogativis juris germanici praesertim iure romano in materia pactorum dotalium.
3. Sparmann, de praerogativa juris germanici praesertim iure romano in materia pactorum dotalium in specie invalidorum.
4. Inenord, an Creditoribus patroni megapolitani subordinati competat jus venditionem iuris patronatus impediendi aut perfectam iam venditionem rescindendi?
5. Waidschmidt, de superfactatione falso praetensa.
6. Hahn, de Fideiussoribus.
7. Hahn, de iure patronatus ecclesiastic.
8. Kulm, de accessu aeris per pulmones in sanguinem Dubio.
9. Heegius, de titulo mania creditorum.
10. Stryer, de officii necessitate.
11. Homberg zu Hous, de foro rei sitae ejusque amplitudine apud iudices germanos et de iudata in eodem per arrestum juris dictione generatim.
12. Stryer, de dispensatione utriusque desponsatorum.
13. Schwenden d'offen, de privilegiis virginum.
14. Redegern, diss. analytica secunda ad Institutiones affinitatis.
15. Redegern, diss. analyt. tertia ad Inst. Testin.
16. Redegern, de advocatis.
17. Redegern, de interesse.

18. Federon, ad leg. III. C. de crimine sacrilegii
19. Federon, ad diffut. de accessoriis
20. Federon, de accessoriis
21. Federon, <sup>ad</sup> diff. de exceptione P. C. Averdun.
22. Federon, except. P. C. Vallejan Averdun.
23. Federon, ad diff. de solutio in salutem
24. Federon, ad diff. de Anathis,
25. Broctes de Pomponio historiae litterariae igae-  
rio. Federon
26. Rudolphi, de cessione honorum.
27. Federon, diff. analytica prima, ad Fass. Guffin.
28. Gysler, de haereditate iudiciorum possessoriorum  
Lauri
29. Gysler, De revocatione electionis.
30. Carmon, de remunerationibus principum erga mi-  
nistros, prae primis ad bene merita.
31. Zennemann, de abusu, et quorundam opinionum  
communium, quae juris prudentiae praeiudicium forsitem conspu-  
erant vanitatibus, pentas una.
32. Gysler, pietatem et ac iustitiam remedium circa  
inurias dei.
33. Krebs, de praefecto urbis romano.

15

I. N. D!  
DISSERTATIO ANALYTICA,  
TERTIA  
AD  
INSTITUTIONES  
JUSTINIANEAS,

QUAM  
PRÆSIDE

HENRICO RUDOLPHO  
Medekern/ P.P.

In Auditorio Majori,

XI. April:

*Publicè defendendam  
suscepit*

GEORGIUS RADOVIUS,  
BORUSS.



ROSTOCHI,

*Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr.*  
Anno c1o 1oc LX.

1701  
DISSERTATIO ANALYTICA  
TERMINA  
AD  
INSTITUTIONES  
JUSTINIANEAS  
HENRICO RUDOLPHO  
in Auctore  
XI  
P. B. Schöndel  
GEORGII RADOVITZ  
BORNE  
Rostock  
P. B. Schöndel  
1701



I. N. D.

DISSERTATIO ANALYTICA  
TERTIA.Respond: GEORGIO RADOVIO,  
Beruss.TIT. XIII.  
DE TUTELIS.

UBR: ] Tutela l. denotat quamvis  
defensionem l. 30. ff. de leg. 2. l. 3. de J. &  
J. l. 1. C. unde vi. 2. Comprehendit  
etiam curam l. 101. § 2. ff. de condit. & de-  
monstr. l. 3. C. arb. tut. l. 5. C. de Curat. fur.  
3. Specialiter impuberis defensionem  
significat ut h.

Connexio §§ de Tutela agitur hic,  
in genere per continuationem pr. definiti-  
onem abstracti § 1. concreti § 2. In spe-  
cie de testamentaria qua consideratur in causa efficiente §. 3. subjecto  
adequato §. 4. minus adequato §. 5.

Pr.

*Haecenus actum est de illis qui sunt juris alieni  
seu in aliena potestate; sequuntur nunc illi qui sunt sui  
juris; qui vel sunt in Tutela ut pupilli; vel in Cura  
ut minores, vel neutro jure tenentur ut majores  
25. annis, si modo sana mentis fuerint.*

QVA IN POTESTATE NON SUNT.] Pupilli & Minores  
non sunt quidem in potestate dominica vel patria, quibus status  
L hominis

hominis mutatur, negari tamen nequit tutelam quoque & curam speciem esse potestatis § 1. b. quare dicendum est potestatis verbum esse homonymum, in Magistratu enim denotat Jurisdictionem, in Domino dominium, in Patre principatum quendam seu jus rectorium *H. Grot. l. 1. c. 1. n. 5.* in tutore ac curatore tuitionem & defensionem *l. 215. ff. de V. S. juncta §. 1. 2. b.* adeoq; à subjecto desumitur differentia.

§. I.

*Tutela est potestas tutori ad defendendam personam pupilli competens, qua vel datur à lege, vel permittitur Patri in testamento, vel Magistratui.*

**VIS AC POTESTAS.]** Vis hic non denotat violentiam coactivam vel ablativam de qua *ru. de vi bon. rapt.* sed facultatem aliquam & auctoritatem, adeoq; Synonymum est potestatis, cum qua voce explicationis & majoris perspicuitatis gratia sæpe conjungitur *l. 17. ff. de LL. l. 7. C. de Codicill. § 3. l. de Interd. l. 1. de nox. act.*

**CAPITE LIBERO.]** hæc verba rectius & magis latine ad tutorem quam ad pupillum referuntur, tum quia genus ad subjectum in quo optime restringunt, tum etiam quia sanum definitionis sensum, tam quo ad verba, quam quoad rem eleganter declarant, est enim potestas liberi hominis in eum competens qui propter ætatem se defendere nequit; nec *Gell. 5. N. A. c. 19* cujus auctoritate DD. utuntur, huic rei dubium facit, quia hujus definitionis non meminit.

**AD TUENDUM EUM.]** hic declaratur definitio Tum per subjectum circa quod h. e. Pupillum, qui non tantum ab ætate sed etiam eo, quod patria potestate solutus est definitur *l. 239. ff. de V. S. l. 4. ff. rem. pup. salv. for.* Tum per finem ne pupillus indefensus relinqueretur *l. 3. ff. de adm. tut.* simulq; innuitur tutorem principaliter dari personæ, non autem rei nisi per consequentiam §. 4. ff. qui test. tut. dar. l. 12. 13. ff. eod.

**PER ÆTATEM.]** hodiè tutores tantum propter ætatem dantur, olim etiam dabantur propter sexum qu. mulieres in perpetua

petua tutela erant, tum propter sexus infirmitatem, tum propter rerum forensium ignorantiam *Ulp. in fr. de Tutel. tit. 11.*

JURE CIVILI DATA AC PERMISSA.] *Causa efficiens remota est Jus Civile, quamvis ex Jure naturæ ortum habeat §. 6 l. de Attil. Tut. Causa proxima est Testamentum, Lex vel Magistratus: datur enim vel immediatè tutor aliquis à lege, qui vocatur legitimus tit. 15. vel Lex permittit Patri in testamento liberis tutorem dare, qui vocatur testamentarius tit. 4. vel à Magistratu datur, qui vocatur in specie dativus tit. 20.*

§. Tutores autem 2.

*Qui talem potestatem acceperunt ab officio tutores dicuntur l. 1. ff. b. t.*

Q. TUTORES.] præcipuum enim tutorum officium in defensione pupilli consistit *l. 1. §. 1. b. t. l. 30. ff. de adm. & per. tut. & in re pupilli, quantum ad hanc potestatem, Domini loco sunt l. 7. ff. pro emt.*

§. Permissum est 3.

*Parentes possunt liberis primi gradus quos in potestate habent omnimodo tutores dare, nepotibus tamen & pronepotibus non aliter, quam si mortuo avo vel proavo in patris sui potestatem non sint recasuri.*

PERMISSUM ITAQUE EST.] *Ex permissu l. XII. tit. pater filio suo impuberi, quem in potestate habet, potest tutorem dare l. 1. ff. b. t. & quam diu hæc testamentaria tutela speratur, tam diu cessat legitima l. 11. pr. ff. de Test. tut. Nec refert si filius iste forte fuerit exheredatus, quoniam exhereditatio non tollit patriam potestatem l. 4. 10. §. 2. l. 26. §. fin. l. 31. ff. de Test. tut. nec Obst. l. 73 ff. de R. 7. Exheredatus enim nihilominus est suus, l. 2. §. 6. ff. de suis & leg. tantum dicitur non extare l. 1. §. 8. d. 1. Hortens b. Quoniam*

L 2 autem

autem fundamentum hujus tutelæ dationis est patria potestas, inde sequitur quod matres qui liberos in potestate non habent §. 10. ff. de adopt. illis nisi heredibus institutis non possint tutores dare l. 4. ff. b. t. Si autem illos heredes scripserint, in potestate Magistratus est, an velit tutorem à matre datum confirmare l. 4. C. d. t. ubi Gl. l. 2. ff. de confirm. Tut.

§. Cum autem 4.

*Posthumis, quoniam pro natis habentur, etiam pater qui eos immediate in potestate habiturus est, testamento tutores dare potest.*

PRO JAM NATIS HABEANTUR ] Posthumi in compluribus causis & præcipuè si de illorum commodo agatur, pro jam natis habentur l. 7. 26. ff. de stat. hom. l. 231. ff. de V. S. l. 30. Si. t. de A. H. Camuz. de part. c. 2. §. 4. p. 203. illa autem ratio hic maximè obtinet, ne scilicet tempore nativitatis defensore careant, arg. l. 73. §. 1. ff. de R. J.

§. Sed & si 5.

*Tutor qui à patre filio emancipato ceu potestate ejus soluto datur, confirmandus est à Magistrato sine inquisitione.*

SINE INQUISITIONE ] Quia Pater pro filio salubre consilium cepisse censetur l. 22. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult. inde hic standum est iudicio patris l. 1 de Confirm. tut. & Magistratus non inquirat in tutoris idoneitatem, sed duntaxat an fuerit sana patris voluntas l. 9. l. 13. d. t. l. 4. de test. int. Hic igitur tutor est potius testamentarius quam dativus, adeoq; legitimo præfertur, dummodo patris voluntas fuerit certa & incorrupta d. l. 8. l. 9. 10. ff. de confirm. tut. Datus verò à patre naturali est utique ex inquisitione confirmandus l. 7. ff. l. ult. d. t.

TIT.

TIT. XIV.  
 QVI TESTAM. TUTOR. DARI  
 POSSUNT.

RUBR ] dictum est de personis quibus testamento tutores dantur, sequuntur nunc qui testam. tutores dari possunt.

Connexio §. Tutela testam. considerantur consentanea in Objecto adequato pr. §. 1. Inadequato §. 2. Forma §. 3. Dissentanea in contrariis §. 4. Interpretatione §. 5.

Pr.

*Quoniam Tutela est munus publicum pr. de Excus. tut. tam filiusfam. quam paterfam. potest tutor dari arg. l. 9. de his qui sunt sui.*

SED ETIAM FILIUSFAM ] Quamvis is qui in potestate est, alterum in sua potestate habere non possit, tamen id duntaxat intelligendum est, de eadem potestatis specie l. 21. ff. ad L. Jul. de Adult.

§. Sed & 1.

*Servus proprius pure sine libertate tutor datus, tacite libertatem directam nisi per errorem datus sit consequitur: Servus autem alienus pure inutiliter, sed sub conditione si liber erit utiliter tutor datur. l. 10. §. fin. h. t.*

LIBERTATEM DIRECTAM.] quoniam nisi illum testator per errorem, dum credidit liberum esse, tutorem dederit, tacite ei libertatem reliquisse censetur, & quidem directam l. pen. pr. C. de necess. serv. §. 2. I. qui & ex quib. caus. ratio est, quod is qui vult aliquem directo habere tutorem, non possit non velle ut statim sit liber, ideoq; licet reipsa per fideicommissum conferatur l. 9. C. de fideic. libert. tamen directæ libertatis vim habet arg. l. 40. §. 1. de manum. testam.

L 3

VIDERI.]

VIDERI.] particula hæc non denotat semper & ubique improprietatem ut in l. 14 ff. de V. S. ubi Rebuff. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm. sed etiam veritatem arg. §. 3. qui Ex quib. caus. l. 21. ff. de V. S. l. 4. de vi priv. ita & hic.

§. Furiosus 2.

*Furiosus & minor si tutores testamento dati fuerint, antequam ille compos mentis & hic legitima ætatis fuerit tutores non erunt.*

TUNC ERIT.] Si à Magistratu tales tutores dati fuerint, planè non sunt idonei, cum idem non possit esse tutor & sub tutela l. fin. C. de leg. tut. l. 5. de R. J. c. domus. dist. 89. Si autem testamento dati fuerint, spes testamentariæ tutelæ legitimam tutelam impedit. Ut tamen interim prospiciatur pupillo, testamentario furioso surrogatur alius tutor §. 1. ff. de Attil. tut. l. 10 §. 3. l. 32. §. ult. ff. h. t. & legitimo curator l. 10. §. 7. l. 12. ff. de Excus. tut.

§. Ad certum tempus 3.

*Tutela testamentaria conditionem & diem recipit, non autem tutela legitima & dativa quia hæc non illa sunt actus legitimi arg. l. 77. ff. de R. J.*

NON DUBITATUR.] Interim tamen, ut patris defectus suppleatur, tutor datur à Magistratu d. §. 1. l. 11. ff. de testam. tut. l. 4. C. in quib. caus. tut. §. 2. quib. m. tut. fin. Patris ergò voluntas ob summum erga liberos affectum hic contra leges sustinetur l. 3. §. 1. ff. de adm. tut. l. ult. C. de curat. fur. Ita tamen non dat lex nec Magistratus l. 6. §. 1. ff. de tut. tum quia tutelæ datio est actus legitimus, tum etiam quia non convenit, ut Judex seu Magistratus actus suos suspendat, tum quod post Magistratum aëmo pupillo amplius prospicere possit.

§. Certæ autem 4.

*Tutor principaliter datur pupillo cœn persona,*  
confe-

*consequenter ejus bonis, non tamen certa rei vel  
causæ.*

NON CAUSÆ VEL REI TUTOR DATUR.] quoniam officium tutoris defensionem pupilli principaliter respicit § 1. 2. de Tutel. per consequentiam tantum ad patrimonium ejus refertur l. 14. b. t. l. 12. §. 3. 4. de admin. tut. certa autem rei vel liti non datur. Interdum tamen in certis casibus etiam ad certum actum datur scil. ad eundem hereditatem l. 20. pr. b. t. l. 17. § 1. ff. de appell. l. 9. de tut. & cur. dat. Nonnunquam etiam administratio patrimonii valde diffusi, in utilitatem pupilli dividitur, qua tamen ipsa tutela vix videtur divisa l. 15. 19. b. t. l. 27. de tut. & curat. dat.

§. Si quis s.

*Filii appellatione quidem continentur postumi,  
non tamen in hoc tractatu nepotes, utut liberorum  
appellatione veniant.*

SI FILIOS NON CONTINEBUNTUR.] Masculinum hic & in toto jure continet foemininum l. 1. ff. de V. S. nisi materia fuerit differens l. 172. d. t. Et filiorum appellatione uti postumi, l. 5. b. t. l. 7. de Stat. hom. ita etiam nepotes communiter veniunt l. 48. l. 164. 201. d. t. Sed non in hac materia, quoniam nepotes ut plurimum in patris sui potestatem sunt reasuri. Liberorum autem appellatione indistinctè veniunt omnes liberi l. 220. de V. S.

POSTERIS.] rectius legitur postumis, propter l. 6. ff. b. t.

## TIT. XV.

### DE LEGIT. AGNAT. TUT.

RUBR.] Cessante tutela testamentaria, cujus prior ratio est, Lex iis, qui proximi ad successionem impuberis sunt, tutelam ejus desert, quæ quadruplex est 1. quæ datur ex verbis legis XII. tit. ut agnatorum b. t. 2. & 3. ex ejus interpretatione ut patronorum & parentum t. 17. 18. 4. ex novo jure ut fiduciaria. tit. 19. Legitimum

mum enim specialissimè denotat illud quod ex l. 12. et. descendit;  
 l. 130. de V. S. Specialiter quod alia speciali lege constitutum est  
 l. 13. §. 2. ff. de S. P. R. l. 6. §. possunt ff. quem. serv. amitt. l. 11. §. 9. ff. ad  
 L. Jul. de Adult. Generaliter quod ex L. interpretatione est ut de  
 leg. patr. tut. Generalissimè quod secundum leges fit, & eo respectu  
 justum rectumve est l. 2. in fin. ff. de LL. l. 19. ff. de Stat. hom.

Connexio §. Tutela hac consideratur in Subiecto recipiente pr.  
 occupante §. 1. Objecto positivo §. 2. negativo §. 3.

Pr.

*Quicumque non habent testamentarium, illis lex  
 proximum agnatum dat tutorem l. 5. b. r.*

SUNT TUTORES.] quoniam non dantur mediatè, sed ipso  
 jure tutores sunt d. l. 5. b. r. ut autem hæc tutela obtineat quatuor  
 requiruntur 1. ut deficiat tutela testamentaria. l. 11. ff. de testam. tut.  
 Nov. 118. c. 5. 2. Ut sint agnati, & quidem 3. proximi l. 9. ff. b. r. 4.  
 Idonei & quorum agnatio capitis diminutione non sit soluta.

§. Sunt autem 1.

*Agnati sunt per virilis sexus cognationem con-  
 juncti, cognati autem per fœminini sexus personas  
 junguntur: l. 7. b. r. adeoq; illud nomen civile, hoc  
 naturale est Ravard. l. 5. var. c. 1.*

AGNATI.] omnes descendentes appellantur liberi, l. 220. de  
 V. S. l. ult. pr. ff. de bon. damn. omnes fratres ac sorores ex eodem  
 patre consanguinei, Ulp. in fr. t. 26. Briss b. v. per mates descenden-  
 tes agnati l. 2. de suis & leg. per fœminam autem seu per sanguinem  
 tantum conjuncti, dicuntur cognati in specie tales, l. 5. ff. unde legit.  
 Qui autem eodem nomine appellantur Gens dicuntur l. 1. ff. de pro-  
 bat. juncta. l. 195. §. communi ff. de V. S. ubi DD.

VELUTI FRATER EX EODEM PATRE.] Recenset hic Im-  
 perator tantum masculos ex masculis descendentes, non autem  
 fœminas,

foeminas, licet etiam sint agnatae, ratio est, quia tutela negotium virile est *l. 16. pr. ff. de Tut.* quod maribus non etiam foeminis defertur *l. 1. §. 1. b. t.* Speciali tamen ratione matri quoque & aviae tutelam liberorum volentibus suscipere permissum est, modo non transeant ad secundas nuptias & renunciaverint S. C. Vellejano *Auth. Matri & avia C. qu. mul. tut. off. fung. N. 94. c. 2. Nov. 118. c. 5.* ante quam constitutionem hoc specialiter impetrare & obtinere debebant *l. 1. 2. C. d. t.* Avo vero paterno vel materno non praefertur avia *arg. d. c. 5. Carpz. p. 2. c. 11. def. 13.* & si autem ad secunda vota mulier tutrix transferat, à tutela removetur *dd. text.* Et quamvis filii emancipati eundem patrem habeant per virilem sexum, & proinde agnatorum nomine venire videantur; attamen non sunt ex familia, h. e. non fuerunt in potestate patris cum moreretur.

§. Quod autem 2.

*Tutela legitima locus est quando vel testamentum deficit, vel tutor testamentarius vivo testatore decessit l. 6. b. t.*

AB INTESTATO VOCAT AGNATOS ] sed hodiè cum sublata sit agnationis & cognationis differentia, ita ut simul agnati ac cognati succedant, tutela legitima aequè cognatis ac agnatis defertur *Nov. 118. pr. c. 4. Auth. sicut C. de legir. tut.* Ita tamen ut proximi remotioribus praeferrantur *l. 3. §. pen. b.* Licet Jure Sax. Senior praefertur *Carpz. p. 2. c. 11. def. 11. n. 1.* Hoc tamen jure Imperii in filiis Electorum non obtinet, quibus rejectis testamentariis proximi agnati, propter conjunctionem tutelae & successionis, praeferruntur *A. B. tit. 7.*

VIVO TESTATORE DECESSERIT. ] Si vivo testatore, vel etiam post mortem testatoris, tutor ante tutelam ceptam decesserit, tunc tutelae legitimae locus est *d. l. 6. b. t. l. 11. §. 1. 2. 3. ff. de testam. tit.* post ceptam tutelam, nisi alii supersint contutores, tutor datur à Magistratu *d. l. 11.*

§. Sed agnationis 3.

*Agnatio quia juris civilis est, ergò capitis diminutione*

M

minutione

minutione plerumque perimitur, non etiam cognatio.

PLERUMQUE.] quia dantur casus quibus per minimam capitis diminutionem jus tutelæ non perimitur: ita frater emancipatus fratris tutelam fiduciariam subit *l. 4. C. b. t. i. t. I. de fidei. tut.* uti & fratrum emancipatorum filii *l. fin § 4. C. de leg. hered.* Imò cum hodiè suiratis ac emancipationis, uti cognationis ac agnationis differentia sublata sit, emancipatio non tollit patriam potestatem *Nov. 118. pr. c. 4. 5.* non itaque amplius distinctæ sunt tutelæ Agnatorum, Patronorum, Parentum, & Fiduciariorum, sed una est tutela quæ dicitur legitima. *Auth. sicut C. b. t.*

CIVILIS RATIO.] ponitur hic causa pro effectu, scilicet ratio & æquitas impellens legislatorem, pro re jure civili introducta: Jura autem sanguinis seu cognationis quia naturalia sunt, nullo jure civili dirimi possunt *l. 3. ff. de R. J.* nisi quod interdum temperamentum aliquod arbitrii humani recipere possunt *l. 6. de J. & J.*

## TIT. XVI.

### DE CAPITIS DIMINUTIONE.

RUBR.] Quoniam titulo precedenti dictum est agnationem capitis diminutione perimi, de ea jam videndum est.

Connexio §§. *Capitis diminutio* proponitur in consentaneis, definitione *pr. divisione ejusve explicatione* §. 1. 2. 3. Dissentaneis *scilicet remotione subjecti* § 4. *adjuncti* § 5. declaratur in effectibus agnationis §. 6. & agnatorum *prælatione* § 7.

Pr.

*Capitis diminutio est prioris status in deterius immutatio, estque maxima quæ tollit libertatem, media civitatem, minima familiam.*

EST AUTEM CAPITIS DIMINUTIO.] Caput hic non denotat præcipuum hominis membrum ut in *l. 44. de relig. & sumt. fun*

fun. nec rei originem l. 10. § 1. de Edend. nec sortem l. un. C. de usufr. rei jud. nec personam §. 1. l. de Tutel sed statum l. 1. b. t. l. 2. de in integr. rest. h. e. conditionem & qualitatem hominis privati in civitate viventis: Consistit autem status in tribus, Libertate, Civitate & Familia, l. 3. ff. de interd. & releg. inde etiam triplex status mutatio oritur l. fin. b. t. minuere enim idem est ac alienare, transferre amittere vel mutare l. 1. ex quib. caus. maj. cui opponitur augere l. 19. ff. de trit. vin. l. 1. § 1. l. 15. ff. de impen. in res dot. fact.

TRIBUS MODIS.] divisio hæc bimembris est in l. 1. §. 4. ff. de suis & legit quoniam sub magna capitis diminutione ibi maxima & media continetur: vel sub minore, media & minima.

§. Maxima 1.

*Maxima capitis diminutio libertatem, & per consequentiam civitatem & familiam tollit*  
l. fin. b. t.

MAXIMA ] dicitur maxima, quia ita minutus de jure civili pro nullo habetur l. 32. de R. J. & pecudibus annumeratur l. 2. §. 2. ad L. Aquil.

QVOD ACCIDIT HIS.] Illis modis hæc capitis diminutio accidit, quibus in servitutem quis redigitur de quibus ad §. 4. de Jur. Perj.

§. Minor 2.

*Minor capitis diminutio civitatem & per consequens familiam tollit.*

CUI AQVA ET IGNI INTERDICTUM ] in hujus locum successit tempore primò deportatio l. 2. §. 1. ff. de Pœn. l. 3. ad L. Jul. pecul. & nostris moribus Bannum Imperii, quo violatores pacis publicæ tam in rebus quam personis ab omnibus impunè possunt offendi, neque ab ullo in clientelam suscipi O. C. p. 2. r. 9. R. J. de Anno 1542. §. Würde sich aber. p. 275.

DEPORTATUS EST.] valdè ob stare videtur l. 5. § 3. ff. de extraord. cogn. ubi deportatione dicitur adimi libertas, unde di-

cendum esset, deportationem maximam capitis diminutionem continere; sed dist. est inter libertatem, quæ competit jure gentium, & inter illam quæ competit jure Quiritium, nemo enim intelligitur jure Quiritium liber esse, qui in numero Quiritium non est *Cujac. Nov. 22. Rittersh. b.* nisi in d. l. pro veluti velimus legere vel ut, ut fiat oppositio inter maximam & mediam capitis diminutionem.

§. Minima 3.

*Minima capitis diminutio familiam duntaxat tollit.*

STATUS.] Vox Status in *pr. b. t.* generalior est, quia ibi tria comprehendit libertatem, civitatem & familiam, hic autem specialiori significatu familiam & agnationem duntaxat denotat.

VEL CONTRA.] Quamvis arrogatio & adoptio perfecta, capitis diminutionem inducat uti §. 2. de adopt. dictum est, attamen emancipatio non habet talem effectum, quia hominem sui juris facit, adeoque potius est capitis acquisitio quam diminutio: Interim si ad antiquum illum ritum & solennem emancipandi formam respexerimus, quo emancipandus primò in statum servilem redigebatur *l. fin. C. de Emanc. lib. juncta l. 3. in fin. b. t.* possumus etiam emancipationem ad capitis diminutionem referre.

§. Servus autem 4.

*Servus non habet civile caput seu statum, ergò nec manumissus minuitur capite.*

NULLUM CAPUT HABUIT.] Servus non habet caput h. e. statum *l. fin. b. t. l. 32. de R. 7.* sed pro mortuo habetur *l. 209. d. t.* adeoque nec manumissus nec adoptatus capite minuitur, quoniam privatio præsupponit habitum *l. 4. de 7. & 7. l. 10 de V. O.* habet tamen caput naturale, quatenus homo est, *l. 3. in fin. b.* & caput civile quatenus Dominus est caput servi § 5. l. de noxal. act.

§. Quibus

§. Quibus autem 5.

*Ex Senatu moti non minuantur capite, quia illorū dignitas & aestimatio potius quam status mutatur*  
*l. 3. ff. de Senat.*

DIGNITAS] dicitur etiam status dignitatis *l. 10. C. de Nupt.*  
*l. 5. §. 2. ff. de Exmord. cogn.* verum tunc status quamvis conditionem hominis extrinsecam denotat, non autem huc referri potest.

§. Quod autem 6.

*Agnatio quia civilis est, tollitur etiam minima; Cognatio autem tantum maxima & media capitis diminutione.* *l. 7. b. r.*

JUS QUOQUE COGNATIONIS] Jus cognationis modo sumitur naturaliter & denotat solam sanguinis conjunctionem *l. 8. de R. 7.* modo civiliter & denotat effectum cognationis civilem quatenus ad cives duntaxat refertur *l. 17. §. 1. ff. de pœn.* & ita hic sumitur, quoniam ipsa naturalis cognatio per nullam capitis diminutionem potest tolli *l. 10. §. 1. ff. de grad. b. d. l. 8. l. 2. §. 1. ad SC. Tertull.* quamvis effectus ejus civilis possit civiliter impediri. Hodie vero quoniam *Nov. 113.* agnationis ac cognationis differentia sublata est, legitima tutela non aliter peribit quam maxima & media capitis diminutione.

§. Quum autem 7.

*Tutela legitima non defertur simul omnibus, sed proximis agnatis nisi sint unius gradus.*

QUI PROXIMIORES GRADU SUNT.] Quoniam tutela onus ex successionis sperato commodo plerumque defertur *tit. seq.* inde qui proximus est ad successionem, proximus etiam erit ad tutelam modo nulla lege prohibeatur, & si plures uno gradu fuerint, idem omnes vocantur ad tutelam quia pariter jure succedendi gaudent. *Nov. 113. c. 5. l. 9. ff. de leg. iur.*

M 3

TIT.

TIT. XVII.  
DE LEGITIMA PATRON.  
TUTELA.

RUBR.] Ab illa tutela quæ datur ex verbis L. XII. et. progre-  
ditur Imperator ad illam quæ datur ex legis ejusdem interpretatio-  
ne quæ nihilominus legitima dicitur l. 1. 3. ff. de leg. tut. junct. l. 6.  
§. 1. de V. S. l. 17. ff. de LL.

§. un.

*Quoniam lex expressè patronum vocat ad suc-  
cessionem liberti, censetur etiam tacitè eundem vocare  
ad ejus tutelam.*

PER INTERPRETATIONEM.] interpretatio hæc refertur  
ad prudentes quibus fas erat jura interpretari & de jure respon-  
dere l. 2. §. 5. ff. de O. J. cur enim agnatis deferatur agnatorum tu-  
tela, ratio est quia ad eosdem pertinet hereditas l. 1. ff. de legit. tut.  
quæ ratio cum etiam locum habeat in patronis, penes quos emo-  
lumentum successionis in bonis libertorum futurum est l. 1. de suc-  
cess. libert. jure merito tutela ad eosdem deferatur, ubi enim eadem  
ratio, ibi idem jus statuendum l. 32. ad L. Aquil. l. 108. de V. O.

IBI TUTELÆ ONUS ESSE DEBET.] Regula hæc summam  
æquitatem habet, l. 10. ff. de R. J. non enim ferendus est qui lucrum  
amplectitur, & annexum onus contemnit l. un. §. 4. C. de caduc. toll.

DIXIMUS PLERUMQUE.] Exceptio Reg. defumta est à sexus  
Patrona enim utur lege ad hereditatem vocetur, tamen à tutela  
quæ munus virile est l. 16. de Tut. excusatur, vid. §. 1. de leg. ag. tut.  
neque aliæ exceptiones quæ vel ab ætate, vel ab alia ratione dedu-  
cuntur hic excluduntur d. Nov. 118. c. 5.

TIT. XVIII.  
DE LEGITIMA PARENTUM  
TUTELA.

Quemadmodum Dominus manumittens liberti, ita etiam  
Pater emancipans filii emancipati tutor est.

§. un.

§. un. *EXEMPLO PATRONORUM.*] Parentes qui liberos emanciparunt: quemadmodum Patroni libertis, ita etiam iisdem succedunt *l. 1. pr. §. 1. ff. si à par. quis manum* ideoq; tutelam impuberum merito subeunt §. 6. *quib. mod. jus pot. solv.* dicuntur autem potius vicem legitimi tutoris sustinere quam legitimi esse *l. 3. §. ult. ff. de legit. tut.* quia tutela hæc est fiduciaria ab eo quod vendens & emens filium f. manumittendum, ex contracta & concepta fiducia revenditionis, dicebatur pater fiduciarius; Neque tamen eodem jure parentibus quo patronis deferrebat hereditas *d. l. 1. §. 3.* ergò nec tutela, unde dicitur tutela hæc exemplo patronorum recepta.

TIT. XIX.

DE FIDUCIARIA TUTELA.

RUBR.] videtur abusive & propter nominis penuriam hæc tutela dici fiduciaria, quoniam patti potius competit qui in emancipatione fiduciam uti jam dictum contraxit.

§. un.

*Si pater emancipatus decesserit, & liberi ejus idonei fuerint fratrum emancipatorum fiduciarii tutores sunt; Si autem patronus mortuus fuerit, ejus liberi libertorum tutores legitimi sunt.* *l. 3. §. 6. 7. junct. l. 4. ff. de legit. tut.*

EST ET ALIA TUTELA.] in hoc §. tria continentur i. tutela hujus descriptio. 2. differentia quæ est inter tutelam hanc quæ dicitur *fiduciaria* & inter illam quæ patroni liberis defertur & dicitur *legitima*. 3. Idoneitas horum tutorum quæ præcipue consistit in legitima a tate.

NAM SI PATER.] Rectius hic legeretur *parens*, nam vox *pater* est angustior quam ut huic tutelæ conveniat, quia etiam ad avos pertinere potest *l. 3. §. 10. ff. de t. junct. l. 51. ff. de V. S.*

FIDUCIARIUM Tutores.] dicuntur etiam legitimi, quatenus nec

96.  
ous nec testamento nec à Magistratu, sed ipso jure (quamvis non  
ex L. XII. tit.) tutores constituuntur l. 4. C. de legic. tut. junct. l. 5.  
ff. eod.

QVONIAM FILIUS QVIDEM DEFUNCTI.] ponitur hic  
ratio differentia, cur Patronorum liberi sint legitimi, Parentum  
autem emancipatorum liberi fiduciarii: Quoniam libertus non  
manumissus apud liberos Domini mansisset servus. Filius autem  
defuncto patre sui juris factus fuisset æque ac fratres: Deinde  
etiam frater emancipatus non vocatur jure agnationis ad successi-  
onem fratris, ergo nec eodem jure fieri potest tutor legitimus:  
Accedit quod nec parentes eorum erant legitimi, ergo nec filii.  
Sed hodiè uti jam ante dictum sublata differentia emancipationis  
ac suitatis, agnationis ac cognationis, omnis tutela quam lex de-  
fert legitima vocatur, licet Mater & avia eam suscipiat Nov. 118.  
c. 45.

TIT. XX.

DE ATTILIANO TUTORE ET EO QUI  
EX LEGE JULIA ET TITIA  
DABATUR.

RUBR.] Cessante tutela testamentaria ac legitima, sequitur  
dativa, quam Magistratus ex officio pupillis dat.

Connexio § 5. De hac tutela proponit Imperator peculiaria, ex jure  
neceri à quibus & quando tutor detur pr. § 1. 2. intermedio § 3. novo § 4.  
novissimo § 5. communia scilicet causam finalem § 6. effectum § 7.

Pr.

Cui nullus omninò tutor erat ei primò olim in  
urbe dabatur tutor ex L. Attilia: in provinciis ex L.  
Julia & Titia.

NULLUS OMNINÒ TUTOR.] hujus tutelæ ratio postre-  
ma est, quæ tunc primò obtinet quando nec testamentarius, nec  
legitimus adest l. 9. C. qui dar. tut. post. Obtinet tamen etiam si ab  
initio quidem aliquis fuerit qui esse desit l. 1. de test. tut. § 1. 2. b. t.

IN URBE.]

[IN URBE.] Urbs ab Urbo appellata i. e. à curvatura aratri quod in condenda urbe olim adhiberi solebat l. 239. §. urbs ff. de V. S. per se Romam denotat b. §. l. i. ff. de Senat. l. i. ff. ad L. Jul. de amb. l. i. ff. de off. Praef. urb. quamvis proprietate sermonis angustior sit vox urbis quam Romæ l. 2 ff. de V. S. Dabatur autem in urbe tutor à Prætorè Urbano & majore parte (cujus consensus favore pupillorum prævalebat) tribunorum plebis i. e. sex, quoniam decem tribunitandem constituti erant l. 2. §. 34. ff. de O. J. In Provinciis autem Præses tutorem dabat: & hi quidem non vi magistratus, sed quia peculiariter istis legibus illis jus dandi tutores concessum erat.

§. Sed & si 1. & §. Ab hostibus 2.

*Datur etiam à Magistratu tutor si secundò in testamento sub conditione vel ex die alius tutor datus fuerit, vel tertio si ex testamento ex quo purè tutor datus erat nemo heres extiterit, vel quartò si tutor testamentarius vel legitimus ab hostibus captus fuerit.*

[SUB CONDITIONE AUT EX DIE.] donec enim existat conditio, vel adveniat dies, locus fit tutori dativo, quoniam legitima tutela cessat, quam diu ullo modo speratur testamentaria l. ii. de testam. tut.

[NEMO HERES EXISTEBAT.] Nam omnia quæ in testamento scripta sunt, sub tacita hac conditione demum valent: Si hereditas adeatur l. 9. 10. ff. d. r. l. 13. C. de fideicomm. Quare si heres hereditatem planè repudiaverit locus est legitimæ arg. d. l. ii. §. 3. pendente autem die vel conditione datur tutor à Magistratu l. 9. 10. l. ii. §. 1. ff. de test. tut. quod etiam verba hujus §. ibi, quamdiu ex testamento nemo heres existeret: satis declarant.

[QUI DESINEBAT.] Si enim tutor ille reversus fuerit ab hostibus tutelam recipit, ergò interim duntaxat alius dandus est à Magistratu l. i. §. 2. ff. de leg. tut. Si verò apud hostes mortuus fuerit

fuerit tutor testamentarius, non dativæ sed legitimæ tutelæ locus erit, nisi vivo illo alius datus fuerit, is enim hoc casu manebit  
arg. d. l. ii.

§. Sed ex his 3.

*Quoniam Lex Attilia, Julia ac Titia, non exigebant cautionem à tutoribus, nec nolentes satis cogebant, primò consules ex inquisitione, & deinde prætores ex constitutionibus Principum dabant tutores.*

EX INQUISITIONE.] h. e. quæ diligenter in vitam, mores ac facultatem tutoris inquiritur, an expediat pupillo, vel non.

EX CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM.] quod primum à Claudio l. i. §. i. ff. de confirm. tut. Suet. in vit. ejus c. 23. & deinde ab Antonino fuit constitutum l. un. C. de tut. Ill. vel Clar.

NEQUE DE COMPELLENDIS.] Tutores nolentes tutelam administrare, cogendi sunt captis pignoribus, multa vel aliter l. i. ubi Gl. de adm. tut. l. 3. C. de susp. tut.

§. Sed hoc jure 4.

*Novo jure Roma Præfectus urbi dat tutorem Illustribus, Spectabilibus, & Clarissimis d. l. un. C. de tut. Illust. pers. Prætor cæteris in provinciis Præses vel ejus jussu Magistratus.*

SECUNDUM SUAM JURISDICTIONEM.] Non dicitur hic quod ipsa tutelæ datio sit jurisdictionis ordinariæ, seu quod jure Magistratus competat: Sed quod is cui à Lege, Scto aut Principe jus tutorem dandi concessum est, dare possit tutorem jurisdictioni suæ subjectis, quoniam tutelæ datio nec Imperii nec jurisdictionis est, sed speciali lege competit l. 6. §. 2. ff. de tutel. ergo neque demandari potest quoniam non competit jure Magistratus l. i. ff. de Offic. ej. cui. Interim ad latissimum Jus dicentis officium pertinet, l. i. de Jurisd. unde dicitur jurisdictionis extraordinariæ esse Ulpian. Exer. IV. q. 7.

Jussa

JUSSU PRÆSIDUM ] dixi quidem quod tutelæ datio non possit demandari, sed vel hæc Reg. limitatur, si non fuerint magnæ pupilli facultates: vel etiam dicendum, quod jussus hic non explicetur per delegationem, sed quod jussus præsidis tunc demum accedat si de facultatibus pupilli sit cognitum, quod non excedant 500. solidos, & quod nihilominus lege speciali hoc casu Magistratui municipali competat tutelæ datio *l. 3. juncta l. 8. pr. b. t. Fachin. contr. Jur. l. 12. c. 100.* Debet autem tam tutor quam pupillus Jurisdictioni dantis subjectus esse, quoniam Judici ultra territorium jus dicenti impunè non paretur *l. fin. ff. de Jurisd. et junct. l. 1. §. ult. l. 3. b. t. l. 3. C. qui pet. tut. l. 5. C. qui tut. dar. poss.* Cæterum si bona fuerint in alia Provincia, quæ tutores à judice originis vel domicilii dati administrare commodè nequeant, tunc potest Judex loci in quo bona sita sunt, ad horum administrationem tutorem dare *l. 24. §. ult. ff. de excus. tut. juncta l. 15. ff. de test. tut. & ita intelligo l. 27. ff. b. t.*

§. Nos autem 5.

*Novissime Justinianus constituit, quod non expectata jussione Præsidentum, Defensores civitatum, vel alia persone publica, cum Episcopo loci possint pupillis, quorum bona ad 500. solidos valent, tutores dare l. 30. C. de Episc. aud.*

DEFENSORES.] hi vocantur Eedici *d. l. 30.* & in civitatibus municipalibus quæ imaginem quandam referebant Reipub. Rom. erantq; instar Tribunorum plebis *l. 3. 4. C. de Defens. Civit. ubi Cujac.*

JURIDICUM ALEXANDRINÆ CIVITATIS.] de quo *vid. l. 1. c. de Off. Jurid. Alex.* Erat autem hic proprius Magistratus primariæ Ægypti Civitatis Alexandria, quemadmodum Prætor Urbanus Romæ *l. 1. d. 1.* Hodie autem per R. J. de Anno 1548. tit. *von der Pupillen. §. so wollen wir allen.* quilibet competens Magistratus vi Jurisdictionis poterit pupillis tutores dare, non attentis illorum facultatibus.

N 2

§. Im-

§. Impuberes autem 6.

*Naturalis juri conveniens est, ut is alterius tutela regatur qui perfecta ætatis non est.*

IMPUBERES.] Finis tutelæ est, ut aliorum autoritate regantur, qui per ætatem multis circumventionibus obnoxiam, se ipsos defendere nequeunt *arg. l. 1. ff. de Min.*

PERFECTA ÆTATIS.] Pro subjecta materia, legitima ac perfecta ætas diversimodè sumitur. nam ad hoc ut quis non ægeat tutore perfecta ætas continet 14. annos *l. 2. C. si mar. indemn. prom.* simpliciter autem ætas legitima post annum 25. incipit *l. fin. C. de his qui ven. at. l. ult. C. de temp. in integr. rest.*

§. Quum ergo 7.

*Post pubertatem tutores tutela Judicio conveniri possunt ad rationem reddendam.*

NEGOTIA GERANT.] Omnes qui aliena negotia gerunt debent administrationis suæ rationem reddere *Menoch. de A. J. Q. 2. cas. 209. n. 9.* quæ regula ad omnes tutores merito extenditur, adeoq; etiam ad patrem & matrem *Gl. in l. 12. §. 1. ff. b. t. Convers. b. n. 6.* Consistit autem illa gestio tum in administratione bonorum *l. 27. §. 1. de admin. tut. de qua sub tit. de satisf. tut.* tum in persona pupilli defendenda *l. 30. d. 1. §. 1. de Tutel.* tum in præstanda autoritate de qua *tut. seq.* antequam autem quis administrationem suscipiat, tenetur inventarium conficere *l. 24. C. de admin. tut. ni velit tanquam suspectus removeri l. 7. ff. d. 1. l. fin. C. arb. tut.*

POST PUBERTATEM.] h. e. finita tutela *l. 4. l. 9. §. 4. b. t. l. 20. ff. de adm. tut.* idem obtinet in curatore *l. 2. 14. C. d. t.* Hodie tamen ex d. R. J. quotannis ad arbitrium Magistratus tenetur rationem reddere.

TUTELE JUDICIO.] h. e. actione, nam tutela gestio est q. contractus *§. 2. I. de Obl. qua q. ex contr.* qui producit actionem personalem directam quæ vocatur arbitrium tutela *l. 1. C. arb. tut.*  
& da.

108

& datur ad versus tutores ejusve heredes in perpetuum l. 1. 4. ff. b. t.  
l. 8. C. arb. tut. junct. t. t. C. de hered. tut. ubi tamen notandum,  
quod heredes tutorum non ut ipsi tutores de levi, sed regulariter  
tantum de dolo ac lata culpa tenentur l. 4. ff. de magist. conv. junct. a  
l. 1. C. de hered. tut. vel contrariam quæ datur tutori contra eum cujus  
tutelam gessit, ut indemnis servetur d. §. 2. l. de Obl. quæ q. ex contr.  
nasc. t. t. ff. C. de contr. Jud. tut.

## TIT. XXI.

### DE AUTORITATE TUTORUM.

RUBR ] Vis ac potestas tutoris consistit in administratione  
tutelæ, ut vel ipse gerat, vel pupillo gerenti auctor fiat, unde hic  
de auctoritate tutorum dicendum: est autem auctoritas tutorum  
approbatio eorum quæ pupillus gerit l. 3. 4. 14. b. t. sine tutore  
enim pupillus nec velle, nec nolle intelligitur l. 189. de R. J. l. ult. de  
Jur. & fact. ign. quia tutor Domini loco est l. 7. §. 3. pro emt. l. 3. 9.  
C. arb. tut. unde auctor fieri dicitur tutor, quando probat id quod  
agitur d. l. 3. b.

Connexio § §. Auctoritas tutorum consideratur ratione Objecti  
in quib. casibus necessaria, qui sunt certi pr. vel dubij §. 1. Formæ quo-  
modo interponenda, quæ consideratur in genere §. 2. in specie §. 3.

Pr.

*Pupillus sine auctoritate tutoris potest quidem  
causam suam meliorem facere, non tamen deterio-  
rem, cum nec obligare sine ea se possit.*

IN QUIBUSDAM CAUSIS NECESSARIA ] hic ponuntur duæ  
conclusiones: vel actus talis est ex quo pupillus facit vel facere potest  
conditionem suam deterio-rem, & tunc opus est auctoritate tuto-  
ris, vel eam facit meliorem dum sibi certo aliquid acquirit & nihil  
vicissim præstat, & tunc non opus habet tutoris auctoritate l. 9. b. t.

PUPILLI NON OBLIGANTUR.] In his casibus in quibus  
tutoris auctoritas necessaria est, sine eâ pupillus non obligatur  
civiliter

N 3

civiliter

civiliter l. 5. b. t. l. 43. de O. & A. neque naturaliter, ut illa obligatio ipsi pupillo licet pubertati proximo noceat l. 59. ff. de O. & A. l. 41. ff. de conduct. indeb. juncta l. 29. ff. b. t. nisi quatenus factus locupletior tunc enim ex constitutione D. Pii civiliter & naturaliter obligatur l. 5. pr. §. 1. b. t. l. 13. §. 1. l. 14. ff. de conduct. indeb. quia eo nomine actio in eum datur l. 1. §. 15. de pos. Obligatur 2. quando dolose in contractu versatus est l. 14. ff. de SC Silan. l. 4. §. 26. ff. de except. dol. Obligatur 3. quando non agitur de præjudicio pupilli sed tertii §. 3. l. quib. m. toll. obl. l. 1. §. 1. ff. de Novat. l. 25. ff. de fidejuss. Obligatur 4. quando ex re venit actio l. 46. de O. & A. l. 3. §. 4. de N. G. ubi Gl.

§. Neque tamen 1.

*Pupillus nec hereditatem directam nec fideicommissariam adire, nec bonorum possessionem sine tutoris auctoritate petere potest.*

LUCROSA SIT.] Quoniam 1. hereditas & bonorum possessio incertæ sunt, quatenus commoda & incommoda lucrum & damnum continent l. 4. ff. ad SC Trebell. 2. Quia hereditatis aditio certum animi iudicium exigit l. 20. ff. de A. H. 3. Quia pupillus hac ratione obligaretur, legatariis & creditoribus §. 5. de Obl. quæ g. ex contr. juncta l. 189. de R. J. merito ideo sine tutoris auctoritate nec hereditatem nec bonorum possessionem acquirit.

§. Tutor autem 2.

*Auctoritas tutoris coram & in ipso negotio interponi debet l. 9. §. 5. b. t.*

PRÆSENS DEBET AUCTOR FIERI.] Itaque 1. animo & corpore tutor adesse l. 1. in fin. b. t. licet absens sit cum quo contrahit l. 9. §. fin. b. t. 2. Negotium bene cognoscere, an expediat pupillo d. l. 1. 2. b. t. 3. Pure negotium approbare l. 8. l. 14. b. t. & 4. in ipso negotio hoc facere debet l. 9. §. 4. b. t. antequam ad alia discedat l. 25. §. 4. ff. de A. H. nam ex defectu hujus auctoritatis, negotium ipso jure nullum est, neque ex subsequenti confirmari potest l. 29. de R. J.

§. Si

*Si inter tutorem & pupillum lēs fuerit, ad Judicium illud Curator datur.*

AUCTOR ESSE NON POTEST.] Neque interest utrum ipse tutor, an interposita alia persona cum pupillo egerit l. 5. §. ult. l. 7. b. r. Sicut enim nemo in sua causa Judex l. 10. ff. de Jurisd. vel testis l. 10. de Testib. esse potest, ita nec tutor proprium, vel ejus quē in potestate habet actum cum pupillo, probare potest, si scilicet ejus principaliter interfit l. 1. l. 7. b. r.

SED CURATOR IN LOCUM EJUS DATUR.] Si scilicet unus factim tutor fuerit, nam si plures altero auctore cum altero agi potest l. 24. ff. de testam. tut. Sed novissime constitutum est, ut debitor vel creditor pupilli non admittatur ad tutelam Nov. 72. Nov. 94. c. 1. Auth. minoris debitor C. qui dar. tut. vel curat. ne si debitor sit instrumenta, vel creditor apochas ac defensiones pupilli subtrahat d. d. text. Carpz. J. p. 2. c. 11. def. 17. Quare creditor si taceat actionis iacturam sustinebit, & debitor de eo quod solvit non liberabitur. Excip. si 1. sit mater vel avia Pac. b. 2. Si tutor fuerit testamentarius cujus debitum testator scivit. 3. Si debitum fuerit notorium, vel 4. si tutor protestando illud manifestaverit Carpz. d. l. def. 19. & 20.

TIT. XXII.

QVIBUS MODIS TUTELA  
FINITUR.

RUBR.] Explicatis modis quibus tutela deferatur, & qui sint effectus delatæ tutelæ, sequuntur modi quibus finitur: Qui contingunt vel in solo tutore in. 25. 26. b. vel in solo pupillo, ut pubertas: vel in utroque ut mors, capitis diminutio, & conditio resolutive.

Connexio §§. Finitur tutela ex persona Pupilli pubertate pr. capitis diminutione § 1. Tutoris qui datus, vel conditionaliter § 2. vel purè & tunc finitur vel morte naturali § 3. civili § 4. vel tempore § 5. vel causa § 6.  
Pr.

Primò, *Pupilli anno 14. & pupilla anno 12. pubescunt & tutela liberantur.*

TUTELA LIBERANTUR.] Tutor autem monere aduultum debet, de petitione curatoris, ne ulterius tutela iudicio obnoxius fiat *l. 5. §. 5. ff. de adm. tut.* Hodie tamen tutela in curam transit, idemq; manet curator qui fuit tutor *Gail. 2. O. 96. nisi se à cura excuserit, quam inuitus gerere cogi nequit Carpz. I. F. p. 2. c. 11. def. 10.*

EX HABITU CORPORIS.] Inter veteres non satis conueniebat de annis pubertatis, Cassiani enim seu Sabiniani eam ex habitu corpore & inspectione simul; Proculiani autem ex annis tantum aestimabant *Ulp. in frag. tit. de tut. §. ult. quod Justinianus sua constitutione approbavit l. ult. C. quan. tut. vel cur. esse def.* Interim videtur quod originem huius definiti temporis sibi falso ascribat Justinianus, cum *Tertull. lib. de vel. virg. & Macrobr. 7. Saturn. 4.* qui ante Justinianum vixerunt, idem tempus oblectent. Neque impudicam inspectionem corporum in usu fuisse ab omnibus creditur *Revard. l. 4. var. 10. Arum. Exerc. 3. ch. 16. Bach. h.*

§. Item finitur tutela 1.

Secundò finitur tutela quavis capitis diminutione pupillo contingente *l. 14. pr. §. 1. 2. ff. de tut.*

ARROGATI.] filiusfam. enim non potest in tutoris potestate esse, nisi in casu *l. ult. §. 2. C. de sent. pass.*

SI IN SERVITUTEM PUPILLUS REDIGATUR.] h. e. si ingratus erga Patronum suum sit, non enim pupillus venundatione servus fit, quia minor 20. annis non potest venundari *vid. p. 41.*

§. Sed & si 2.

Tertiò tutor testamentarius sub conditione datus, existente illa liberatur *d. l. 14. §. fin. de tutel.*

DESINAT

105  
DESINAT ESSE TUTOR.] existente conditione locus est  
tutelæ dativæ l. 11. ff. de testam. tut. l. 4. C. in qv b. cas. tut. vel curat.  
bab.

§. Simili modo 3.

Quartò mors pupilli vel tutoris tutelam finit.

VEL TUTORUM.] Quamvis heredes ex contractu defuncti  
tutoris teneantur l. 1. ff. de Fidej. & mand. & hered. tamen ipsa tu-  
tela non transit ad heredes: non dativa quia certa persona electa  
est: nec legitima, quia liberi eam habent non ut heredes sed ut  
proximi l. 16. §. 1. ff. de tut. juncta l. ult. de min.

§. Sed & capitis 4.

Quintò in persona pupilli quævis capitis dimi-  
nutio tutelam tollit, in persona tutoris autem ma-  
xima & media quidem indistinctè, sed minima dan-  
taxat legitimam tutelam perimit.

LEGITIMA TANTUM TUTELA PERIT.] Ratio differen-  
tiæ est, quia testator & magistratus idoneitatem personæ eligunt,  
quæ eadem est post mutatam familiam: sed sublato jure agnatio-  
nis, quemadmodum successio ita etiam tutela perit l. 7. de cap. min.  
hodie tamen hoc non obtinet vide not. ad §. ult. de legit. agn. tut.

§. Præterea 5.

Sextò qui ad certum tempus tutor testamento  
datus est, finito tempore liberatur l. 14. §. ult. de tut. l. 8.  
§. 1. 2. de testam. tut.

§. Desinunt etiam 6.

Septimò quicumque tutores ut suspecti removen-  
tur, vel propter causam excusantur tutela onus de-  
clinant vel remonentur vide tit. 25. 26.

○

DES NUNT

DESINUNT TUTORES ESSE.] excusatione non quidem  
finitur, sed potius non suscipitur tutela.

TIT. XXIII.  
DE CURATORIBUS.

RUBR.] Cum de tutela hactenus speciatim fuerit actum,  
transit Imperator jam ad curam; quæ definitur: *Vis ac potestas in  
capite libero, ad administrandas res, quas quis per aetatem vel aliud cor-  
poris aut animi impedimentum administrare nequit.*

Connexio §§. Curatores considerantur in causis externis ut  
sine pr. efficiente §. 1. & interna ut subjecto recipiente quæ sunt majo-  
rennes §. 3. 4. & impuberes §. 5. 6.

Pr.

*Masculi & fœmina ad vigesimum quintum  
annum completum curatores accipiunt, quia propter  
lubricam ætatis negotia sua tueri non possunt.*

ET FOEMINÆ.] Licet fœminæ citius quam mares quoad  
corpus pubescant, & ideo anno 12. ex tutela abeant, tamen animi  
judicio citius non crescunt, cum olim propter imbecillitatem  
sexus & fragilitatem judicii in perpetua cura fuerint *Ulp. in fr. tit.  
de Curat pr.*

COMPLETUM.] tempus hoc currit à momento in momen-  
tum, adeo ut etiam si postremo die anni 25. quis læsus fuerit adhuc  
restituatur *l. 3. §. 3. de Minor.* ratio hujus anni inde desumitur, quia  
tum homines crescere desinunt, adeoque cum statò corpore etiam  
stabilitatem mentis consequuti censentur.

TUERI NON POSSINT.] Ratio impulsiva est lubricitas  
ætatis & fragilitas judicii *l. 1. de min.* non tamen eadem ratio est  
minoris curatorem habentis & non habentis; Nam qui curato-  
rem habet, sine ejus consensu non magis obligatur, quam pupillus  
sine autoritate tutoris: Si autem non habuerit curatorem, obliga-  
tur quidem ipso jure, sed si læsus fuerit gaudet beneficio restituti-  
onis *l. 3. C. de in integr. rest.*

§. Dantur

§. Dantur autem 1.

*Curatores quamvis testamento non dentur, dantur tamen ab iisdem Magistratib. à quibus dantur tutores.*

A QVIBUS ET TUTORES.] Quamvis tutor & curator respectu dantis conveniant, differunt tamen 1. quod ille detur persona, *Hic rebus.* 2. Ille datur impuberibus, *Hic puberibus.* 3. Ille invitis, *Hic volentibus.* 4. Ille à patre in testamento, *Hic non.* 5. Ille tantum propter aetatem, *Hic etiam propter aliud vitium.* 6. Ille finitè demum tutela, *Hic etiam durante ea conveniri potest.* 7. Illius officium finitur pubertate, *Hujus anno 25. vel sublato vitio.* 8. Ille datur universo patrimonio, *Hic ad certam etiam causam.*

TESTAMENTO NON DATUR.] quia is qui pubes est ipse testari potest, ergo ejus voluntas ex patris defuncti arbitrio pendere non debet, *l. 32. ff. de hered. Instit. cum Pater de bonis filiorum post pubertatem disponere non possit l. 2. ff. de vulg. subst. Interim si à patre tutor testamento datus fuerit, is confirmari à Magistratu debet l. 2. C. de cons. tut.*

§. Item inviti 2.

*Inviti adolescentes non accipiunt curatores nisi ad litem.* *l. 13. ff. de tut. & cur. dat. ab l. 6. C. qui per. tut.*

INVITI ADOLESCENTES.] ratio quia 1. sunt in ea aetate qua homines incipiunt sapere, 2. quia turpe videbatur curatorem accipere, quia is ex L. Latoria solebat dari furiosis ac prodigis, 3. quia injuriosum videretur homini libero non concedere suarum rerum administrationem *l. 2. ff. si à par. quis man. Quem tamen semel accepit curatorem retinere debet l. 1. 2. 3. ff. de min. junct. l. 5. ff. de O. & A.*

PRÆTERQVAM AD LITEM.] quia non habet personam standi in judicio *l. 2. C. qui leg. pers. dux insuper exceptiones sunt,* 1. si tutor velit rationem reddere *l. 7. C. qui per. tut.* 2. Si debitor velit solvere *l. 7. §. 2. ff. de min.*

O 2

§. Furiosi

## §. Furiosi quoque 3.

*Furiosis & prodigiis idem Magistratus solent curatores dare usque dum resipiscant.*

FURIOSI QVOQVE.] l. i. ff. de curat. fur. Ratio quia illorum nullus est intellectus §. 8. de mut. stip. & nulla voluntas l. 40. de R. J.

PRODIGI.] Prodigii æquiparantur furiosis quia furiosum exitum suorum bonorum faciunt l. 12. §. 2. de tut. & curat. dat. l. i. ff. de curat. fur. Paul. 3. Sent. 4. Ubi tamen notandum, quod quidem ethice prodigus ipso facto talis sit, in jure tamen opus est, ut à Magistratu talis declaretur, quia i opus est curatore dato & decreto Magistratus l. fin. de Magist. conv. l. 3. C. de in integr. rest. l. i. de curat. fur. 2. Quia Prætores bonis interdiciunt l. 10. l. 16. §. 1. d. t. eaq; interdictio consistit in facto §. 2 l. quib. non est perm. fac. test. & hoc moribus observatur Gail. 2. Obs. 51.

## §. Sed &amp; mente captis 4.

*Mente captis, surdis, mutis, & qui perpetuo morbo laborant eodem jure curatores dantur.*

MENTE CAPTIS.] Mente capti propriè sunt qui citra rabiem tumultus quadam mentis alienatione laborant, & in hoc distinguuntur à furiosis, licet in latiori significato furiosos comprehendant l. 9. C. de impub. & al. subst. l. 2. C. de cur. fur. l. 28. C. de Episc. aud.

PERPETUO MORBO.] de morbis vide l. i. §. 7. l. 65. §. 1. ff. de edil. ed. l. 60. de Re Jud. Gell. 16. N. 4. 4.

## §. Interdum autem 5.

*Si tutor non fuerit idoneus ad administrationem, neque tamen fraudulentè se gesserit; ita etiam si ad tempus excusetur, datur pupillo curator.*

PUPILLI

PUPILLI CURATORES ACCIPIUNT.] Pupilli extraordinem curatorem habent 1. si tutor fuerit minus idoneus ad administrationem h. e. imprudens & imperitus, 2. si fortè ad tempus excusetur fortè quod Reipubl. causa, vel aliàs absit aut impediatur l. 15. 16. ff. de tut. & tur. dat. nam si in perpetuum excusetur substituitur alius tutor l. 1. l. pen. C. in quib. cas. tut. vel curat. hab. interdum etiam alius tutor datur quamvis prior tantùm ad tempus excusetur l. 12. ff. de tut. l. 3. §. 10. ff. de susp. tut.

§. Quod si tutor 6.

*Si impedimentum tatoris non fuerit perpetuum aut diu durans, datur ejus periculo decreto N. agstratus actor.* l. 24. de adm. tut. l. 13. §. 1. ff. de tutel.

ACTOREM.] differt actor à curatore quod hic proprio periculo ac nomine, ille alieno administret dd. II qui autem hoc modo ad litem datur dicitur actor, qui extra litem dicitur adjutor d. l. 13. §. 1. sed quod hic dicitur de tutore, idem obtinet in curatore l. 31. §. pen. ff. de N. G. l. 10. ff. de appell. l. 6. quan. ex fact. tut. l. 11. C. de Procur.

#### TIT. XXIV.

#### DE SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

RUBR.] De illis hactenus dictum est quæ propria sunt tutoribus, tum curatoribus: jam sequuntur tria utriusque communia, satisfactio, excusatio, & suspecti remotio. Ex R. J. de Anno 1648. tit. von Pupillen. & de Anno 1577. in omni tutore vel curatore quatuor desiderantur, 1. Decretum Magistratus de administrando. 2. Inventarii confectio. 3. Juramenti præstatio quæ tamen praxi judiciorum non obtinet. 4. Satisfactio quæ est cautio quæ fit datis fidejussoribus l. 1. ff. qui satisd. cog. nam quæ datis pignoribus fit non per se, sed ex interpretatione accipientis satisfactio dicitur l. 1. §. 8. ff. de collat. Hæc autem quia prætoria est fidejussores desiderat l. 1. §. 2. l. 7. ff. de stip. prætor. de qua hic.

O 3

Connexio

Connexio §§. Satisfactio consideratur in causa subjectiva pr. § 1.  
 & effectu qui proponitur in thesi §. 2 3. antithesi § 4.

Pr.

*Prator curare debet ut tutores vel curatores, non quidem testamentarii, quia horum fides à testatore probata: nec ex inquisitione dati, quia idonei electi sunt: sed legitimi satisfient, ne pupilli bona consumantur.*

NE TAMEN PUPILLORUM.] In satisfactionis exactione duo exponuntur 1. *Finis* ut pupillo ejusq; bonis sufficienter sit prospectum, ne illorum bona imminuantur vel propter damna illata, vel propter lucra neglecta l. 1. pr. de tut. & nat. dis. l. 9. rem pup. salv. fore l. 58 § 3. de adm. tut. 2. *Personae intervenientes* quæ vel exigunt vel præstant cautionem, illæ sunt Magistratus, de quib. tit. de Attil. tut. Hæ sunt tutores & curatores, non tamen testamentarii l. 17. 18. ff. de testam. tut. quia testimonio patris sunt approbati, quod pro omni sufficit satisfactione l. ult. § 5. C. de cur. fur. l. 27. pr. C. de Ep. aud. & quamvis hi inutiliter testamento dati confirmandi sint à Magistratu, tamen satisfacere non compelluntur l. 2 & l. ult. ff. de confirm. tut. nec dativi, in his enim fides inquisitionis loco cautionis est l. 13. §. ult. de tut. & cur. dat. sed duntaxat legitimi quoniam nec patris iudicium nec Magistratus inquisitio in his cautionem supplet l. 5. de confirm. tut. Hodiè tamen omnes indistinctè tenentur satisfacere dd. Recept. Imp. quod & Justiniano jure jam ante constitutum erat Nov. 72. c. fin. quamvis moderna praxi haud observetur Sand. Decis. Fris. l. 2. tit. 9. def. 9.

§. Sed & si 1.

*Quamvis testamentarii & dativi non cogantur satisfacere, tamen ex mutua provocatione, potest unus satisfactionem offerre & alteri nolenti cavere*  
 ¶ in

Et in administratione præferri. Verum si nemo satis offerat præfertur in administratione 1. quem testator 2. quem major pars tutorum, Et 3. quem Magistratus elegerit. l. 3. ff. de adm. tut. l. 17. ff. de testam. int.

ILLE GERERE DEBET.] Si tamen Prator iusta de causa consilium testatoris improbaverit, poterit ille alii administrationem decernere d. l. 3. § 3. Si autem tutores electione & decreto Magistratus non fuerint contenti, omnibus administratio committenda est d. l. 3. § pen.

PER QUEM ADMINISTRATIO FIAT.] Quamvis unus tutelam administraverit, tamen omnes tenentur actione tutela l. 3. § 2. Et l. 1. de adm. tut. l. 1. de tut. Et int. dist. at tamen 1. beneficio ordinis gaudent, ut is excutiatur qui gessit l. fin. C. si tut. vel cur. non gess. l. fin. C. de d. vid. tut. 2. Si omnes simul administraverint, & unus in solidum conveniatur, is habet beneficium divisionis si solvendo fuerint ceteri, l. fin. C. de divid. tut. Quo si 3. non ulus fuerit cedi sibi actiones à pupillo contra suos contutores petat l. 1. §. 10. ff. de tut. Et int. dist. nisi divisio facta sit à Magistratu, tunc enim quisque pro sua tantum parte tenetur Carpz. p. 2. c. 11. def. 36.

§. Sciendum 2.

Non tantum ipsi tutores eorumque heredes ex administratione tutela, sed etiam Magistratus qui vel nullam vel non idoneam cautionem exegerunt, subsidiaria actione tenentur.

NON SOLUM TUTORES.] non tantum tutores ex levi & illorum heredes ex lata culpa tenentur l. 3. §. ult. de susp. tut. l. 23 ff. de R. J. l. 7. C. arb. tut. junct. l. 1. C. de hered. tut. Carpz. d. l. def. 35. Sed etiam Magistratus propter neglectam vel non sufficienter exactam cautionem tenetur de levi, ejusve heres de dolo & lata culpa l. 4. ff. de Magist. con. l. ult. C. eod. quæ actio hodiè adhuc observatur Carpz. d. l. def. 41.

§. Qui

§. Quibus 3.

*Tutores si cavere nolint pignoribus coerceri possunt.*

QVIBUS CONSTITUTIONIBUS ] Iisdem constitutionibus quibus introducta est actio subsidiaria, coercetur etiam contumacia tutorum, qui cautionem præstare detrectant.

§. Neque autem 4.

*Actio hac subsidiaria non adversus majores Magistratus qui dant tutores obtinet, sed contra minores quibus exactio cautionum competebat.*

SED HI TANTUM MODO.] Majores Magistratus qui jus dandi tutores liberum & plenius habent non tenentur hac actione, quia non ipsi sed per ministros cautionem exigebant: Magistratus autem municipales & quibus aliàs cautionum exactio incumbat ritè in subsidium conveniuntur l. fin. C. de Mag. conv. Nov. 94. in fin.

TIT. XXV.

DE EXCUSAT. TUTOR. VEL  
CURATORUM.

Alterum tutelæ & curæ commune est excusatio, quæ est allegatio justarum causarum à tutela vel cura præstans immunitatem. Ratio autem hujus tituli generalis est, ne tutores vel curatores onerentur muneribus quibus non sunt ferendo, & ne ex tali administratione pupilli vel minores damnum incurrant l. 1. §. 4. ff. de muner. & bon.

Conexio § §. Cause excusationum vel sunt veræ & tunc communes 1. in sese respectu familiæ pr. Reipubl. §. 1. 2. 3. rei §. 4. 5. persone, & tunc vel tutoris ex causa communi § 6. 7. vel Patris pupilli § 8. 9. 10. 11. 12. vel tutoris ex causa peculiari § 13. 14. 15. 2. In modo proponendi excusationem § 16. 17. singulares § 18. 19. falsæ §. fin.

Pr.

*Qui Romæ tres, in Italia quatuor, & in Provincia*

*cia quinque liberos habent, excusantur à tutela, quo  
etiam referuntur nepotes ex filio & amissi in bello,  
non autem adoptivi.*

TUTORES ET CURATORES.] Non excipiuntur hic tuto-  
res legitimi l. 1. C. de leg. tut. l. 9. C. qui dar. tut. vel curat. poss.

PLERUMQUE TAMEN PROPTER LIBEROS.] Duodecim  
liberi ab omnibus excusant muneribus tam patrimonialibus  
quam personalibus l. 24. C. de Decur. nam l. 5. §. 2. de Jur. immun.  
quæ ad hunc effectum sedecim exigit, potius in factio quam jure  
consistit. Ratio autem cur libere excusationem præstent est i ne  
liberis propriis sollicitudo subtrahatur, quorum ratio favorabilis  
est l. 7. §. 3. de bon. damn. l. 1. 2. de vac. & excus. mun. juncta l. 1. C. qui  
num. liber. se excus. 2. Ne ipsorum pupillorum salus negligatur.

PLACUIT PUBLICUM MUNUS ESSE.] dicitur publicum  
munus, non per se & simpliciter, sed secundum quid, quod teil.  
pro tali habeatur l. 2. §. 2. ff. qui per. tut. juncta l. 6. §. 5. b. l. 14. §. 1.  
de mun. & bon.

SIVE EMANCIPATI.] Liberi debent esse nati & superstites  
vel in acie amissi l. 18. l. 2. §. 6. b. & tunc non refert modo fuerint  
legitimi, sive sint sui sive emancipati d. l. 2. §. 3. b. l. 2. §. 5. de vacat.  
& excus. mun. non tamen adoptivi, quoniam 1. adoptans sibi ul-  
tro hoc onus accersivit 2. quia in illis cessat ratio privilegii, quæ  
consistit in sobolis procreatione, tum etiam 3. quia patri naturali  
profunt: eodem modo nec nepotes ex filia avo materno pro-  
funt l. 2 9. C. qui num. lib.

§. Item divus I.

*Administratores fisci quatenus administrant  
habent vacationem à tutela & cura.*

QUI RES FISCI ADMINISTRAT.] Huc etiam pertinent  
redemptores vectigalium, exactores tributorum, præfecti ærarii &  
similes l. 41. pr. §. 1. b. ratio est tam fisci, ne facultates admini-  
stratorum extenuentur & cura illorum impediatur l. pen. §. 10. de  
Jur. immun. tum Pupilli ne sub prætextu publicæ necessitatis, de-  
teratur.

§. Item

§. Item qui 2.

*Absentes Reipub. causa à tutela delata excusantur quatenus absint & curator interim datur; à deferenda autem postquam reversi sunt anni habent vacationem.* l. 10. pr. § 1. l. 41. § 2. b. t.

A TUTELA VEL CURA EXCUSANTUR.] Ratio hujus juris est favor Reipub. qui omnibus negotiis privatis pravalet arg. Nov. 17. c. 1. qui autem Reipubl. causa absint docetur l. 4. § seqq. ff. ex quib. caus. maj.

§. Et qui 3.

*Potestas cum imperio conjuncta non à suscepienda, sed suscipienda tutela excusat.*

QUI POTESTATEM ALIQVAM HABENT.] Potestatis verbum hic refertur ad illos qui Magistratum gerunt l. 215. de V. S. junct. l. 17. § 5. l. 41. § 1. b. t. quibus etiam Consules municipiorum annumeramus l. 6. § 16. b. t. Sand. Decis. Fris. l. 2. t. 8. def. 6.

§. Item propter 4.

*Propter litem quam quis cum pupillo habet, nisi de omnibus bonis vel de majori parte sit, nemo excusatur.* l. 20. 21. b. t.

PROPTER LITEM.] Quomodo creditor & debitor pupilli non possit esse tutor, dictum est ad § 3. de auct. tut. & si post susceptam tutelam lis obvenerit, curator ei adjungitur Nov. 72. adeoq; hic paragraphus exinde explicandus est.

§. Item tria 5.

*Tria onera diversa & non affectata seu captata tutela excusationem eribuant.*

QVAMDIU ADMINISTRANTUR.] adeoq; tutelae tres debent esse actu delatae l. 4. 5. b. t. interdum una tutela si ampla fuerit habetur pro trina, nisi altera sit honoraria l. 31. §. ult. junct. l. 15. §. 9. ff. b. t. Honorarii autem tutores sunt, qui non gerunt tutelam, sed gerentium actus observant, eosq; ad pupilli utilitatem dirigunt l. 14. ff. de soluc. l. 3. § 2. ff. de adm. tut. l. 60. §. 2. ff. de R. N. quos vulgò appellant *Obervogt.* §. Sed

§. Sed & propter 6.

115

Si quis propter pauperiam impar fuerit oneri tutela merito excusatur, l. 6. §. fin. l. 7. l. 40. §. 1. b. t.

SI QVIS SE IMPAREM.] Paupertas autem per se non excusat quia Tutela est munus personale l. 1. §. 4 ff. de mun. & bon. sed quatenus quis gerendo tutelam impar est querendo victui.

§. Item propter 7.

Adversa valetudo, qua quis impeditur suis rebus superesse excusationem tribuit l. 10. §. ult. l. 11. 12. l. pen. §. pen. h. t.

PROPTER ADVERSAM VALETUDINEM.] Morbum ex Sabino definit Ulpianus l. 1. §. 7 ff. de Edil. edict. qui vel est totius corporis, vel partis corporis vel animi l. un. C. qui morb. se excus. & si fuerit administrationi impedimento; modo in perpetuum excusat, quando est perpetuus; modo ad tempus quando temporalis, & ita modo alius tutor, modo curator datur d. l. 10. & 11. d. l. un. C. qui morb.

§. Similiter 8.

Imperitia literarum conjuncta cum aliqua stoliditate rerum agendarum excusat l. 6. §. fin. h. t.

QUAMVIS ET IMPERITI.] Particula quamvis hic non est nota ampliationis, sed correctionis, & exponitur per nisi h. c. exceptione quadam restringit Regulam DD. b.

§. Item si 9.

Tutor qui testamento datus est ut onere tutela vexetur, excusatur, nisi testatori illud promiserit.

PRÆSTAT EI EXCUSATIONEM.] Quemadmodum non ex amicitia sed ex utilitate Reipubl. creationes fieri debent l. un. C. si prop. mim. ita amicissimi solent dari tutores l. 36. b. t.

§. Non esse 10.

Ignorantia familiari quoadem ratione non excusatur, si alias fama idoneitatis notus fuerit testatori l. 15 §. 14. h. t. junct. §. 27. l. de Legat.

§. Inimicitia 11. & §. Item is qui 12.

Inimicitia capitales quas tutor cum patre pupilli sine reconciliatione habuit, vel si controversiam statim ab eo passus fuerit à tutela excusant. CAPITALIS.] Capitales inimicitia intelliguntur, quæ te-

P 2

stato

stato denunciata sunt ac sanguinem vel vindictam spirant *Revard. l. 5. var. c. 15.* Hæ si post testamentum factum orta fuerint, siue ante testamentum extiterint, & exinde vexandi animo datus fuerit excusationem tribuunt. Idem dicendum si status quaestionem datus tutor à patre pupilli passus fuerit, quoniam hæc atrox injuria est *l. 6. § 17. 18. b. r.* §. *Etas 13.*

*Majores 70. annis se possunt à tutela excusare, minores 25. annis prohibentur aspirare ad tutelam, l. ult. C. de leg. ius.*

SEPTUAGINTA ANNIS.] Septuaginta anni debent esse completi neque annus ille cœptus sufficit, *l. un. C. qui etat. l. 3. ff. de jur. immen. l. 7. ff. b. r.* ab aliis muneribus personalibus 55 anni vacationem præstant *l. 3. C. qui etat. lib. 10.*

§. *Idem & 14.*

*Miles non magis ad tutelam admittitur quam minor, ideo nec excusatione indiget.*

IN MILITE.] Qui verò honestè missus est h. e. Veteranus excusatur *l. 8. cum seqq. b. r. r. C. de excus. veter. missio autem triplex est l. 13. §. 3. de re mil. l. 2. §. 2. ff. de his qui not. inf.*

§. *Item Romæ 15.*

*Grammatici, Rhetores ac Medici, qui intra numerum sunt & in patria vel Romæ artes has proficiuntur excusantur.*

GRAMMATICI.] Non excusantur ergo grammatistæ *l. 17. §. fin. ff. de mun. & bon. l. 2. §. fin. C. de vac. mun.* Jcti tamen si fuerint Consilarii Principis vel Professores, etiam excusantur *l. 6. §. 12. l. 30. b. r.* imò recentiori constitutione omnes Professores illam excusationem habent *l. 6. C. de Profess. & Med.*

INTRA NUMERUM.] De numero vide *l. 6. §. 2. b. r.* qui autem excellenter sunt eruditi extra numerum excusantur *d. l. 6. §. 10. uti & Philosophi, quia rari sunt d. l. 6. §. 7. 8. l. 8. §. de vac. & excus.*

§. *Qui autem 16.*

*Pluribus excusationibus quis uti potest, modo intra 50 dies si intra centum miliaria sit illas allegaverit: Si autem ultra 100. mill. ab sit, in singulos dies computantur 20. miliaria.*

ALIIS

ALIIS UTI.] Quoniam nemo prohibetur pluribus exceptionibus uti l. 8. de Except. l. 43. de R. J. cum omnes exceptiones ex bono & aequo damni vitandi causa sint introducta l. 66. de R. J. l. 12. de except. dol. juncta l. 21. §. 1. b. r.

NON APPELLANT.] In aliis muneribus publicis à prima delatione appellandum est l. 4. 7. C. de appell. l. 2 C. de Decur. non autem à tutela nisi excusatio per decretum fuerit rejecta l. 1. §. 1. qn. appell. non. l. 13. in fin. pr. ff. b. Si verò à prima delatione quis velit appellare, liberum ipsi erit l. 17. §. 1. ff. de appell. l. 18 C. b. r.

INTRA QUINGVAGINTA DIES.] tempus excusationi præfinitum sunt quingvaginta dies continui l. 13. §. 1. 9. h. r. l. 6. C. eod. dicuntur autem continui quia ordine currunt sine ulla subductione, quibus opponuntur utiles l. 1. ff. de divers. temp. præscr.

SI INTRA CENTESIMUM LAPIDEM.] Lapis hic pro milliari ponitur, quoniam ab aurata columna quæ Romæ ad ædem Saturni posita est singula milliaria distinguuntur. Intelliguntur hic milliaria italica quorum singula mille passibus constant, & viginti ad iter diurnum pertinent l. 3 ff. de V. S. Quatuor autem milliaria italica, unum miliare germanicum constituunt.

§. Datus autem 17.

Tutor universo patrimonio datus intelligitur, nec pro parte se excusare poterit, nisi in totum se excusaverit.

AD UNIVERSUM PATRIMONIUM.] Si tamen pars aliqua ultra centesimum lapidem fuerit in aliena provincia excusabitur & ita habenti tutorem tutor datur l. 21. §. 2. 3. 4. b.

§. Qui tutelam 18.

Qui tutelam gesserit, eadem ejusdem curam gerere non tenetur. Vide pr. quib. mod. tut. fin.

§. Idem rescripserunt 19.

Maritus si testamento vel à Magistratu uxori suæ in bonis scil. receptivus curator datus fuerit, excusare se potest.

EXCUSARE SE POSSE.] Imò excusare se debet, & alium substituere l. 4. C. b. r. quia jure non datur l. 2. C. qui dar. tut. l. 14.

*de curat. fur. licet Sponsus sic l. i. in fin. b. r. Jure tamen Saxonico quod passim observatur marit uxoris curator ipso jure est Landr. l. i. art. 45. Rauchb. p. i. q. 2. n. 39. Coler. p. i. d. 66. Sand. l. i. tit. 2. def. 3.*

§. Si quis 20.

*Excusatio falsis allegationibus impetrata non liberat à periculo tutela.*

NON EST LIBERATUS ] h. e. si quis ex causa injusta vel falsa executionem obtinuerit nihilominus periculo tutelae subiacet. l. i. §. i. c. si tut. vel cur. fals. all. l. 60. de R. N.

### TIT. XXVI.

#### DE SUSPECTIS TUTORIBUS.

Tertium commune est tutoris suspecti accusatio ac remotio.

Connexio §§. Suspecti cognitio proponitur in causis ut efficiente remota pr. proxima §. 1. materiali seu subjecto patiente §. 2. agente adequato §. 3. inadeguato §. 4. formali §. 5. & effectu qui proponitur in genere administratione finita §. 6. nondum finita §. 7. 8. in specie §. 9. 10. ii. declaratur §. ult.

Pr.

*Suspecti crimen descendit ex LXII ii. sub iii. de Jure privato §. 8. 9.*

CRIMEN ] Crimen propriè est delictum ex publica lege descendens t. r. de publ. Jud. hic autem denotat accusationem l. 21. ff. de SC. Silan. l. 21. h. t. hac autem accusatione tutius provisum est pupillis quam actione de tutela, quia satius est intacta jura servare quam post vulneratam causam remedium quaerere l. i. C. qn. lic. unic.

§. Datum est 1.

*Jus removendi tutores Roma Praetori & in Provinciis illis qui eas regunt tributum est.*

JUS REMOVENDI.] Jus hoc si civiliter agatur non competit speciali lege uti datio tutoris quoniam demandari potest l. 4. ff. de off. ej. cui. l. 1. §. 4. b. t. junct. l. 1. §. 11. ff. ad SC. Turp. l. 2. 3. §. 15. b. t. Hodie ad ordinarium cujusque loci haec cognitio pertinet.

§. Ostendimus 2.

*Omnes tutores possunt tanquam suspecti accusari l. 4. C. l. 1. §. 5. ff. h. t.*

FAME PATRONI PARCENDUM.] Quoniam patronus semper sanctè à liberto haberi debet, loco actionis famulosa dabitur actio in factum l. 2. ff. de Obseq. par. & pat. junct. l. 5. h. t. l. ii. de dol. mal.

§. Confe-

## §. Consequens est 3.

Non tantum maries sed etiam femina quæ vel necessitudine, vel propensa pietate sexus verecundiam non egrediuntur postulare suspectos possunt l. 1. §. 6. 7. b. t.

QUASI PUBLICAM ESSE.] Non est accusatio verè publica quia nulla lege talis est constituta arg. l. 1. ff. de publ. Jud. dicitur autem publica tum quia Magistratus ex officio suspectum repellere potest, l. 3. §. 4. b. t. tum quia agens non quod sua sed quod tertii interest sine mandato persequitur, tum quia cuius è populo datur d. h. §. 6. b.

## §. Impuberes 4.

Impuberes non possunt tutores: sed puberes possunt curatores ex consilio necessariorum suspectos agere l. 7. b. t.

EX CONSILIO NECESSARIORUM.] quia curatores parentis locofunt, non voluerunt leges ob infirmitatem iudicii permittere adolecentibus ut ex levibus sæpè causis, sæpè etiam ex malorum instigationibus profiliant ad accusandum.

## §. Suspectus autem 5.

Suspectus est qui non ex fide tutelam gerit, q. suspectus qui ex indubitatis indicis talis meretur. l. 3. §. ult. b.

SOLVENDO SIT.] quoniam non inopia sed mali mores faciunt suspectum l. 8. b. t. l. 5. 6. C. eod.

ANTEQUAM INCIPIAT.] ut scilicet intacta jura pupilli serventur l. fin. C. in quib. caus. rest. si nolit satisfacere l. 2. C. de tut. vel cur. qui si inventarium non fecerit l. 7. ff. de adm. tut. si tutelam pretio redemerit l. 3. §. 15. b. si administrationem iniquè distulerit l. 2. 3. C. b. t. si nolitecum contutore communicare l. 19. de adm. tut.

## §. Suspectus 6.

Ob dolum remotus fit infamis, ob culpam non item.

SI OB CULPAM.] Quamvis plerumque lata culpa æquiparetur dolo l. 32. ff. de pos. l. 8. §. 3. ff. de Precar. l. 1. §. 1. si mens. & culpæ vox per se posita levem culpam denotet §. 3. l. quib. m. re cont. tamen culpa hic etiam latam includit l. ult. C. b. l. 3. §. ult. l. 4. ff. eod. quoniam in pecuniariis culpa lata duntaxat dolo assimilatur l. 7. de Sicar. l. 50. §. ult. de fur.

§. Si

*Qui suspectus postulatus est pendente lite non debet tutelam administrare.*

INTERDICITUR EI ADMINISTRATIO ] Ne 1. irritatus talis esse incipiat qualis dicitur, 2. quia homini injuria affecto nihil tuto committitur. Qui autem semel ut suspectus remorus est in futurum non admittetur l. 10. h. t.

*Suscepta cognitio morte suspecti finitur.*

EXTINGUITUR.] Crimen enim cum morte extinguitur t. t. C. *si reus vel accus. mort.* neq; civili remotione opus habet, quem natura removet. Heredes tn. tutorum pupillo damnum resarcire tenentur.

*Tutor qui deo latitat ne pupillo alimenta decernantur non tantum ut suspectus removeretur, sed etiam ut contumax coerceatur.*

IN POSSESSIONEM BONORUM.] Eadem poena est tutorum latitantium, quæ contumacium debitorum t. t. ff. *quib. ex caus. in poss. juncta l. 7. §. fin. h. t.*

*Qui praesens falso negat propter inopiam pupillo alimenta decerni posse, aequè punitur ac is qui tutelam redemit, l. 3. §. 15. h. t.*

PER MENDACIUM.] Qui tale mendacium dicit non tantum punitur ut putat *Gl. h.* sed etiam ut suspectus removeretur, quod mendacii crimen facile meretur *Montan. de Tut. c. 36. Reg. i. n. 33.*

*Libertus qui liberorum patroni tutelam fraudulenter gerit, extra ordinem punitur.*

PUNIENDUS.] Ille enim quanto majus beneficium accepit, tanto religiosius obligatur & delinquens gravius punitur.


*Qui fraudulenter administrat non manet tutor licet satis offerat l. 5. h. t.*  
ETIAMSI SATIS OFFERAT.] Quoniam expedit pupillo rem suam salvam esse, quam mediante cautione rem salvam sperare *d. l. 5. h.* tum etiam qui semel fidem fregit ei in posterum credere, temeritatis potius quam prudentiae esset.


34. Knorr, de eo quod iustum est secundum observantiam  
cothoricensem circa jus Sabellarum
35. Knorr, observationes ad prooemium Institut. F.  
Justiniani imp.
36. Strucos, de con. et disconvenientia juris romani et  
statutarii Versutensis in materia successione conjugum ab  
intestato.
37. Strucos, de testamento privato solemniter, praesertim  
scripto, sine clausa.
38. Strucos, de eo quod iustum videtur circa appellati-  
onem a statibus imperii evangelicis ad imperatorem in  
causis ecclesiasticis.
39. Schefer de fama.
40. van Deventer, de probationibus.
41. Tertsch, de revocatione actuum valide et legitime  
celebratorum.
42. Poppel, de commodis incertitudinis.
43. Poppel, de actibus contractibus vulgo adijci soli-  
ta.
44. Olearius, de patientia iuridica.
45. Boorn, de communicatione peregrina inter  
Chororum castra.
46. Schroeder, de iuribus mulierum in concursu credi-  
torum ratione allodii et feudi.

47. Boerzell. De necessitate et usu philosophiae practicae  
in studio juris.

48. Boeckelmann De momento ejusque causa.

49. Anglius exceptionem excussionis extraneo possessori  
competentem a





Coler, d. Pr. Exec. p. 3. cap. 2. n. 20. Unde hu  
siones judiciales (extrajudiciales verò non pro  
loco probationis habentur Zas. in l. 1. n. 5.) ex  
lum rediguntur, item instrumenta in judicio  
recognita, aut publico sigillo munita, contrac  
brati & pro more in libros publicos, die C  
(6) instrumenta à Notariò legitimè confecta  
biir. tutel. Novell. 41. & 73. c. 8. l. 11. C. qui pot  
lib. 2. cas. 17. n. 5. quicquid in contrarium pr  
Svaretz. citati ab Umm. d. 25. th. 2. n. 12. (7)  
dum homologatum. Afin. d. Execut. §. 1. c. 15.  
tum litis decisorium præstitum Svaretz. in l. po  
492. §. nota secundo n. 1 præterquam in casib  
(9) Contractus juratus, quia juramentum si  
Umm. disp. 23. th. 2. n. 12. (10) privata chyro  
cautiones, literæ cambiales, Wechsel, Wie  
Kerbhölzgere / modo recognitio accesserit. O  
Alle briefliche Urkunden / welche gericht  
soll das Warth / wieder welche sie einbracht  
Decis. Nov. 74. Per testes autem liquidatio  
da, cum cause hæ ventitentur in processu su  
Imper. p. 3. c. 2. Item Sachen der Liquidati  
p. 1. c. 1. n. 60 ubi testes non recipiuntur. Ide  
de documentò à debitore subscripto & sigilla  
blancà ab aliò confectò & extenso. Carpz. in  
n. 49. seqq. nisi reus tales probet præsumption  
fessionem contentorum sibi admittendus Carpz  
autem dicendum de instrumentis ad aliud sese  
si quis C. d. Edend nisi sint confecta inter easde  
lib. 3 Resp. 83. n. 67. add Dn. Schwend in  
Membr. 1. c. 1. l. 1. b. c.

Theſ. XXI.

Notandum verò, liquidationem ab init  
accedente si iudicis moderatione, certam fier  
certam. Nam si certò jam constet de quantita  
schedà expressà eaque v. gr. modis superiori th

fes-  
item  
col-  
ta &  
tele-  
elati  
Ar-  
och.  
l. &  
lau-  
nem-  
mp.  
eptis.  
dum  
pha,  
neæ,  
ibi.  
cht /  
Add.  
liqui-  
tam,  
cept.  
dum  
men  
rt. 1.  
dif-  
liud  
utb.  
rpz.  
p. 2.

stea (ir  
in-  
onis  
dita  
sic

